PROF. SAMUEL RACHELIUS

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1628 in Lunden (Dithmarschen)
Gestorben	1691 in Friedrichstadt
Kurzvita	Phil. Prof. d. Ethik in Helmstedt (1658–1665); Jur. Prof. für Natur- und Völkerrecht in Kiel (1666–1680);
Studium in Helmstedt	Immatrikulationen in Helmstedt: Samuel Rachelius Londino Dithmarsus (29.11.1654); Samuel Rachelius Ditmarsus (28.09.1659)
Ehefrauen	Catharine Ursula Rachelius geborene Rothschröder, Heirat 1660
Porträt	HAB: A , 7, 24
Quelle	Ahrens 2004, S. 183 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/117684244
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-175-rachelius

Lehrstühle

1658–1665 Lehrstuhl für Ethik, Helmstedt

1666–1680 Lehrstuhl für Natur- / Völkerrecht, Kiel

Vorlesungen (34)

[...] Privatim, Collegio Philologico absoluto, sive Lectiones, sive Disputationes Ethicas, sive utrasque istituet., Sommersemester 1659

[...] & quo coepit ordine, illos publice disputabit, aliasque hujus argumenti Exercitationes adjiciet. [...], Sommersemester 1659

Samvel Rachelivs Moral. Philos. Prof. Librorum Ethicorum ad Nicom. Analysin persequetur: [...] Docet hora V., Sommersemester 1659

[...] Privatam operam ponet in elimanda nova Ethicorum Aristotelis editione: [...], Wintersemester 1659/1660

[...] qua perfecta, commilitonibus privatim doctrinam Moralem audire desiderantibus haut deerit. Quin etiam in alijs studium ejus requirentibus satisfaciet., Wintersemester 1659/1660

Samvel Rachelivs interpretationem Ethicorum ad Nicomachum continuabit. [...], Wintersemester 1659/1660

[...] Privatim Auditoribus Disputationes Ethicas Horneij praelegere coepit., Sommersemester 1660

Samvel Rachelivs Ethicorum Nicomachiorum interpretaionem continuabit: qua absoluta, quasdam Horatij Epistolas, moralis inprimis argumenti, explicabit. Tum ad Opus Nicomachium revertetur, operamque dabit, ut illius analysi intra octo menses defungatur: quod quomodo confieri possit, suo tempore pluribus significabit. [...]. Docet hora V., Sommersemester 1660

Samvel Rachelivs totius Operis Nicomachici intra octo menses jam iterum absoluta interpretatione, se proxime conferet ad aureos Ciceronis de Officiis libros ἠθικῶς, aut, si mavis, πολιτικῶς explicandos. Quod nam vero justum hroum librorum debeat esse pretium , & qua ratione iniis evolvendis sit usurus, publico scripto propediem docebit, ne quis eum Iudimagistrorum ineptiis

invidere cavilletur. [...] Docet hora I. , Sommersemester 1661

[...] Quia etiam Poetae cum prodesse tum venalis, debito adhibito discrimine ac delectu, subjunget, ac παραινέσεις illas Poeticas cum Aristotelis dogmatibus conferet. [...] , Sommersemester 1661

[...] Domi cum commilitonibus, si illis ita placuerit, in Artistotelis Ethicis legendis,, Sommersemester 1661

[...] tum publice [...] disputandis exercebit., Sommersemester 1661

tum [...] privatimque disputandis exercebit., Sommersemester 1661

[...] Publice quoque ut frequentissime Morales disputationes instituantur, promptam semper operam suam Responsuris offert. Occupatus quoque est in Eustratii caeterorumque Scholiastarum Commentariis ex Feliciani interpretatione Latina recudendis., Wintersemester 1661/1662

[...] Privatim hactenus nonos in rebus ad jus publicum & Politicam pertinentibus exercuit. In his progredietur, & libros Aristot. ad Nicom. cum legendo tum disputando privatim adjunget. [...], Wintersemester 1661/1662

Samvel Rachelivs Opus Ciceronis de Officiis vere philosophicum interpretari perget; promissi tamen memor, ut absolutae cujusque libri explicationi Iuvenalis quaedam Satyra ἠθικῶς item explananda interseratur. Promo itaque Officiorum libro excusso, proximo deliget Satyram Poetae x. Tum librum II. Officiorum adibit &, altero Programmate publico bonum Utile propter Stoicorum tricas pluribus exponet. Hunc lirbum excipiet Satyra XIII. Et si semestre hoc pluribus suffecerit laboribus, sine mora ad Tertium Officiorum librum transitio fiet. [...] , Wintersemester 1661/1662

[...] Ejusdem tirocinium si qui privatim apud illumponere velint, suum illis prasidium paratum offert. [...], Sommersemester 1662

[...] Dabit quoque operam, ut Eustratii aliorumque in Ethica Aristotelis commentarii hoc semestri plene typis exscribantur, modo typographus faverit., Sommersemester 1662

Samuel Rachelius quamvis uno contextu Ciceronis de Officiis libros explicare decreverat; postremi tamen interpretationem ut differret, & Opus Aristotelis ad Nicomachum denuo publice explanaret. desideriis. Dnn. Auditorum suorum dare coactus est: cujus ἀνάλυσιν ut haut ita pridem orsusest, ita strenue in illa progredietur, quo circa festum Archangeli absolvatur. Singulos quoque Libros, uti coepit, disputationibus publicis submittet. [...] Docet hora IX. , Sommersemester 1662

Samvel Rachelivs Tertium Ciceronis Officiorum librum, uti antehac duos priores, ex Philos. Moralis principiis interpretabitur. Tum de Probabilitate, Theologiae Moralis Iesuitarum novorumque Casuistarum fundamento, differet. Quo peracto, si tempus supererit, Alexandri Aphrodisiensis eximium de Fato Librum explicabit: quem eo consilio Graece ac Latine typis exscribi curabit. [...] Docet hora nona., Wintersemester 1662/1663

[...] Publice [...] de rebus moralibus disputaturis facilem insuper operam suam offert., Wintersemester 1662/1663

[...] privatimque de rebus moralibus disputaturis facilem insuper operam suam offert., Wintersemester 1662/1663

[...] Privatim (imo & publice) libros Aristotelis Ethicos & Politicos disputaris operam suam offert., Sommersemester 1663

Samvel Rachelivs cum aliquoties Aristotelis Opus Νικομαχεῖον, aliosque libros Morales interpretatus sit, deinceps ad eximios Hugonis Grotii de Iure Belli & Pacis libros se accinget, Ius Naturae & Gentium in ijs consideraturus: hac methodo, ut primo quidem Grotij nonnunquam concisius loquentis, ac plures quaestiones constipantis sententiam perspicue proponat: deinde, ex quibus principiis quaeque Iuris Naturae Gentiumque capita derivata sint, demonstret: deniq. sicubi a Summo Viro forte diffenserit, modeste suam sententiam explanet. Quae vero in hoc Opere vel

Theologici argumenti, vel Iuris Civilis Rom. propria fuerint, suis reliquentur Doctoribus. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1663

Samvel Rachelivs Phil. Moral. P.P. absoluto jam H. Grotij de I.B. & P. libro I., perlibenter illius Operis interpretationem continuaret: certior vero redditus Virum Cl. eruditissimum Commentarium suum quem in Librum I. scripsit, in reliquos brevi pertexturum esse, eumque Auditoribus apprime utilem fore arbitretur, aliquantisper ab hoc Opere cessabit, & interea proximo semestri in Officia Ciceronis (non alienum a Grotii Opere volumen, si suo pretio aestimetur) Commentarium Philosophicum a se non semel desideratum dictando communicabit, & subinde differendo illustrabit. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1663/1664

[...] Privatim Aristotelis Ethica ad Nicomachum explicabit, [...], Wintersemester 1663/1664

[...] eademque cum publice [...] pro Auditorum arbitrio, disputabit., Wintersemester 1663/1664

[...] eademque [...] tum privatim pro Auditorum arbitrio, disputabit., Wintersemester 1663/1664

[...] Operas quoque typorgraphicas Probabilitatis Iesuiticae dogma ejusque refutationem exscribentes urgebit., Wintersemester 1663/1664

Samvel Rachelivs superiori semestri, publicae utilitatis causa consilio mutato, Opus Aristotelis ad Nicomachum publice interpretatus est. Qui cum Cl. Viri in H. Grotij librum 2 &3 de Iure B. Annotationes nuperis Nundinis Francofurtensibus frustra exspectaverit, hoc semestri jam in Ciceronis de Officiis libros commentarium philosophicum dictabit. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1664

[...] Tractatum quoque de Principio Moralitatis dudum perfectum integrum dabit, modo pro reliquis duabis Dispp. quidam se responsuros professio fuerint. Disputaturis sive publice [...] facilem suam operam offert., Sommersemester 1664

[...] Disputaturis [...] sive privatim facilem suam operam offert., Sommersemester 1664

Samvel Rachelivs Opus Aristotelis ad Nicomachum interpretabitur: ejsuque singulos Libros, ut & Librum de Principio Moralitatis nuper a se editum, & in septem Disputationes partitum denuo sive publice [...] se Praeside excutiendos offert. Docet hora IX., Wintersemester 1664/1665

[...] & in septem Disputationes partitum denuo [...] sive privatim se Praeside excutiendos offert., Wintersemester 1664/1665

Dissertationen (26)

De Principiis Actionum Humanarum Dissertatio Moralis, 25.02.1660. VD17 3:021913W

De Sophismatibus Dissertatio Politica, 08.03.1665. VD17 12:146636W

De Actionum Moralium Principio Disputatio Quarta, 10.05.1662. VD17 23:688169U

De Primis Societatibus Naturalibus, Earumque Iusto Disputatio , 30.09.1662. VD17 12:139252S

Peri Euphyias, Seu De Bona Indole Exercitatio Moralis, 27.11.1661. VD17 12:183057K

De Poenis Disquisitio Philosophica, 20.04.1661. VD17 12:183045N

De Scientia Et Ignorantia Incontinentis Disputatio Moralis, 05.10.1661. VD17 3:609836T

Diatribe Moralis De Morte Voluntaria, Graecis dicta Autocheiria, 17.12.1659. VD17 23:237784X

De Iusticia, 1664

De Maiestate Disputatio Politica, 13.02.1664. VD17 23:648580X

De Actionum Moralium Principio Disputatio Prima, 31.01.1662. VD17 23:688169U

De Iure Naturae Dissertatio Academica, 12.03.1664. VD17 1:005349Q

De Honesto In Genere Disputatio Prima, 22.02.1662. VD17 547:655913M

De Aequitate Exercitatio Ethica, 30.10.1662. VD17 23:255365T

De aequitate, 30.10.1658. VD17 23:255365T

De morte voluntaria, Graecis dicta autocheiria, 17.12.1659. VD17 23:237784X

De principiis actionum humanarum, 25.02.1660. VD17 3:021913W

De poenis, 20.04.1661. VD17 12:183045N

De scientia et ignorantia incontinentis, 05.10.1661. VD17 3:609836T

Peri euphysias seu de bona indole, 27.11.1661. VD17 12:183057K

De honesto in genere, 22.02.1662. VD17 12:164070S

De primis societatibus naturalibus earumque justo, 30.09.1662. VD17 12:139252S

De Justitia, 31.12.1663

De Majestate, 13.02.1664. VD17 23:648580X

De jure naturae (in genere), 12.03.1664. VD17 1:005349Q

De sophismatibus (dolis politicis), 08.03.1665. VD17 12:146636W

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: De praeeminentia philosophiae moralis, 06.07.1658

Reden und Programme (4)

Samuel Rachelius: Samuelis Rachelii Acad. IUL. Prof. P. Ad Philosophiae Moralis Et Officiorum Cultores Programma Alterum. VD17 547:655904N

Samuel Rachelius: Oratio Anniversaria. Festo Academiae Ivliae Die Idibvs Octobr. Anno MDCLXI, 13.09.1661. VD17 23:234210F

Samuel Rachelius: Oratio, Habita Prid. Non. Iul. Anno M D C LVIII. Cum Sereniss[...]orum Ac Celsiss[...]orum Principum Et Ducum Brunsvicensium ac Lüneburgensium autoritate Professio Philos. Moralis Publ. Ord. In Academia Iulia ipsi fuisset demandata, 14.07.1658. VD17 7:634697S

Samuel Rachelius: Oratio ... Principum Et Ducum Brunsvicensium Et Lüneburgensium autoritate Professio Philos. Moralis Publ. Ord. ...

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	06.07.1658–23.09.1658
Text	Samuel Rachelius / Philosophiae Moralis Professor Publicus Ordinarius / Postquam a. d. VI Iulio Anni MDCLVIII Orationem Inauguralem habui, docere coepi a. d. XIII Iulio et προπαιδείαν quandam moralem tradidi, qua varias Philosophorum sectas, successiones, dogmata et decreta, commentationes, Bibliographiam veterum, aliaque ad huius Philosophiae naturam ac historiam pertinentia complexus sum. / Mense Augusto In istis perrexi. / Mense Septembri Quae supererant in hac προπαιδεία absolvi. Istius mensis VI. et VII. dies Nundinis dedicati ferias dederunt. A. d. IX interpretari coepi Aristotelis Ethica Nicomachia, in quibus usque ad caput X liber 1 editione Lambin. progressus sum. / Diebus XX et XXI Iter necessarium lectiones interrupit. Diem XXIII Disputatio inauguralis Domini Bauermeisteri sibi vindicavit. Compensatio autem huius tridui facta fuit hebdomata alioquin feriata, in quam Festum

	Archangeli incidit.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 86
Zeitraum	09.10.1658–13.12.1658
Text	Samuel Rachelius / Mense Octobri Anni MDCLVIII quae reliqua fuerunt in libro 1 Ethicae pertexere institui. Die XV non legi, quidem [?] Famulus signo dato. Auditores convocare intermiserat. / Die VII et VIII Non legi, quod sacrae cuiusdam Infantis initiationi extra hoc oppidum testis adhibitus fuerim. / Dies XV Festo Academiae sacer fuit. / Die XIV Valetudo me in officio impedivit. Absolvi autem hoc mense librum 1 Ethicae et libri 2 capitum priorem quatuor explicationem. / Mense Novembri Die II Discordia horologiorum turbavit lectionem. Die III Disputatio a me publice fuit habita de Aequitate. / Die IV Disputatio Inauguralis Medica Domini Fabrici fuit habita. / Die XV et XVI Nundinae ferias dederunt. A die XVIII usque ad XXVIII Auctio publica Lectiones interpellavit. / Die XXVII Disputavi publice librum 1 Ethicae Aristotelis Absolvi hoc Mense caput 5 et 6 liber 2 Ethicae. / Mense Decembri Die VII Non legi propter frigonis asperitatem Auditoribus destitutus. / Die IX Consistorium publicum a lectione me abstraxit. / Die XIII Disputatio Inauguralis Iuris est peracta. Hoc mense absolvi quae supererant in libro 2, nec non caput 1 liber 3
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 87
Zeitraum	31.12.1658–28.02.1659
Text	Samuel Rachelius / Moralis Philosophiaeque Professor Publicus Ordinarius / Anni MDCLIX Mense Ianuario, Februario et Martio doctrinam de principiis Actionum Humanarum pertexui, pervenique ad specialem Virtutum Moralium explicationem / a capite videlicet 2 libri 3 usque ad caput 6 disputavi autem librum 2 Ethicae Nicomacheae Plura etiam praestitissem, nisi me gravissimus morbus aliquandiu ab officio invitum plane abstraxisset.
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.85; 132
Zeitraum	31.03.1659–31.05.1659
Text	Samuel Rachelius / Philosophiaeque Moralis Professor Publicus / Mense Aprili Anni MDCLIX postquam ex gravissimo morbo partum respirare coepi, ad publicas Lectiones redii absoluta Capitis VI et VII Libri III Ethicae Nicomacheae explicatione / Mense Maio quinque reliqua eius Libri capita explanavi / Mensis Iunii primos dies Ferii lege indultos novae Ethicorum editioni curandae impendi / Reliquum huius Mensis itineri valetudinis gratia ad Acidulas suscepto, cum bona Serenissima ac Magnificentissimis Domini Rectoris gratia cessit.
Quelle	37 Alt 2492, fol. 86
Zeitraum	30.09.1659–30.11.1659
Text	Samuel Rachelius / Mense Octobri Anni MDCLIX initium Lectionum feci ab explicatione Capitis VI Libri V Ethicae Nicomacheae et exeunte hoc mense Libri illius interpretationem absolvi / Die XII disputavi Librum IV Ethicae / Die sequenti XII Actus solennis Iuridicus lectionem impedivit / Mense Novembri coepi explicare Librum VI Ethicae operamque perduxi usque ad Caput XI / Die VIII non legi avocatus in Facultatem / Die XIX et XV Nundinae ferias dederunt /

	die XXI et XXII raucedo impedimento fuit / Die XXVIII item propter sectionem Anatomicam a labore cessandum fuit / Die XXIII disputavi librum V Eth. / Mense Decembri reliqua tria Capita Libri VI absolvi et ad Librum VII progressus eius priora Capita quatuor interpretatus sum / Die II Disputatio Inauguralis Medica / Die VI Actus Doctoralis Medicas Lectiones intercepit / die Die XVII habita fuit Disputatio περὶ αὐτοχειρίας
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 87; 102
Zeitraum	10.01.1660–16.03.1660
Text	Samuel Rachelius Philosophiae Moralis Professor / Anni MDCLX Mense Ianuario / Feriis rite peractis ad explicationem librorum Nicomacheorum redii, et a Septimi Capite V orsus, operam nostram perduxi ad Cap. XIII / Illam vero interpellarunt die quidem IX Disputatio Inaug. Medica, die X Nuptiae Dn. M. Eberhardi, die XIX translatio Magistratus Academici 7 die XXX iter aliquod necessarium / die XVIII publice disputabatur liber VI Ethicorum / Mense Februario / duobus postremis Libri VII Capitibus expositis philologice et moraliter interpretatus sum quinque priores Libri 1 Epistolas Horatii, ut interea jam perfectae Pericorum [?] novae editionis exempla pararentur / quo facto, die XXVII Libri VIII explicationem aggressus sum, et primi secundis Capitis analysin proposui / Die VI et VII iter aliquod necessarium a labore me abstraxit / Die XIX disputatio me Praeside habita fuit de Principiis actionum humanarum / Mense Martio Libri VIII explicationem continuavi, eamque a Cap. III ad XII perduxi / Diem XIII, XV et XVI valetudinis cura sibi vendicavit.
Quelle	37 Alt 2493, fol.85
Zeitraum	03.07.1660–28.09.1660
Text	Samuel Rachelius Philosophiae Moralis Professor / Mense Iulio Anni MDCLX ad lectiones publicas, et quidem Horatii Epistolas explanandos reversus sum, ex quibus audivimus Libri 1 Epistolas XVII priores / die III non legi itinere impeditus / die IX et X Nundinae ferias dederunt / Die XII intermissa fuit lectio propter Magistratus academici mutationem / Mense Augusto / Libri 1 Epistolas tres reliquas Horatii interpretatus sum / die VII ad iteratam Ethic. Nicom. analysin reversus, maximam Libri 1 partem absolvi / Triduo me in praelectionibus impedivit necessarium iter / Mense Septembri absoluta Libri 1 explicatione, die XI ad Secundi interpretationem progressus eundem quoque hoc mense absolvi / die III et IV non legi propter Nundinas / nec XIII et XIV, proter duas Disputt. Inaugurales: nec XXIV, XXV et XXVII, eandem ob causam / Die XX disputavi publice Librum 1 / die XXVIII Librum II
Quelle	37 Alt 2493, fol.86
Zeitraum	16.10.1660–10.12.1660
Text	Samuel Rachelius Philosophiae Moralis Professor / Mense Octobri / feriis permissis ad privata negotia usus sum, quae eius fuerunt necessitatis, ut alterum, quoque octiduum sibi exergerint / die XVI ad Libri III Eth. Nic. explicationem accessi / Die XV non legi propter Festum Academiae / nec die XXV propter disputationem inauguralem Medicam / Mense Novembri Libri III interpretationem absolvi / eundemque die XXI publice disputavi / Eodem mense Libri IV explicationem <nene> ad finem perduxi / Mense Decembri Libri

CPH: Samuel Rachelius

V analysi defunctus sum / Die VII non legi propter defectum Auditorum, qui arvis campani signo non erant convocati / nec die X propter Actum Doctoralem Theologicum

Quelle 37 Alt 2493, fol.87

Zitierhinweis

Prof. Samuel Rachelius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-175-rachelius [18.11.2026]